(26)

Propositiones, quibus in p.ª quaest.ne de efficacia diuinæ gratiæ PP. Predicatores à nr̃a sententia discrepare putamus.

P.ª efficacia auxilij præuenientis consistit in qualitatẽ, seu motionẽ, quæ physicè prædeterminat uoluntatem ad consensũ.

2.ª Hæc motio, seu qualitas talis est naturæ, ut cum eius entitatẽ liberę uoluntatis dissensus coniungi non possit.

3.ª Præter uitales excitationes, et inspirationes, quibus Deus intellectũ illuminat, ac uoluntatem inclinando, et persuadendo mouet, quę ad uocat.em reuocantur, necess.ª est alia motio physica, et non uitalis, quę à solo Deo fit, et distincta est à grã comitante, in qua posita per se est efficacia diuini auxilij, non uerò per se in Dei uocat.e, et uitalibus illis excitationibus, quæ ad eam reuocantur.

4.ª Ęę physica motio, ac prędeterminatio necess.ª est, tum propter indiffer.am liberi hominis arbitrij, tum propter subordinationem causæ 2.æ quę operari non potest, nisi sit efficaciter à p.ª determinata.

5.ª Eadem motio physicè prędeterminans, est ultimũ actus primi complementũ ad usum grã sufficientis prorsus necessariũ, quod tamen Deus ante omnem operũ præuisionem omnibus illis uoluit denegare, quibꝫ illud reipsa non confert. /.

Sas proposit.es P.es Prędicatores affirmare existimamus, nos vero non esse affirmandas putamus,

UGR Biblioteca Universitaria